

~~RMK. II.~~
~~1082~~

RMK. I.
1035.

1666

vege = R. MK I. 1035.


RMK. I. 1035.
(Erosen sérült péld.)
(Előretek.)

3245
Vivit post funera Virtus:
SUTREMUM OFFICIUM
quod, svadente virtute, debito hoc
PANEGYRICO
GENEROSISSIMO ac MAGNANIMO
HEROI & DOMINO
DOMINO
GABRIELI BAKOS,
de Osdgyan &c.

Dum Anno M DC LXVI. Die 17. Octobris peryod.
Gregor. non sine maximo piorum luctu sepeliretur, in
Castro Czeinek soluebat.

DANIEL SINAPIVS Eccles. Kő-
vienstunc Pastor.

Cum indultu Superiorum.



CASSOVIAE,
Typis DAVIDISTÜRSCH. DMCLX

19.
77

1866

SPECTABILIS ac MAGNIFICA DOMINÆ.
DN. IVDITHÆ PERINI,
 de PERENY.

Generosissimi quondam ac Maxime Strenui
 Domini GABRIELIS BAKOS &c.
Contorsali fidelissimæ, nunc VIDUÆ moestissimæ,
 Dominae & Patronæ benignissimæ Salutem,
 gratiam & consolationem, per eum qui est plenus salutis &
 consolationis.
 Magnifica Domina &c.

Dum quondam in & cum Bethulia ab
 Assyris obsideretur DEI cultrix Ju-
 ditha, & jam vitæ spe, ut videbatur,
 incisa, Martis Mortisque effigies cun-
 ctorum se animis insinuaret. Devota
 DEO & Patriæ Juditha, neglectis hostium minis post-
 habito quod fuit in insidiis periculo, jam flectere ira-
 tum Numen & revocare in gratiam nitebatur, jam a-
 nimosâ armata fiducia in minaces ferri hostium copi-
 Nec frustratur suo est successu conatus, nec &
 efficile cum Deo fuit vincere, cui Troas Rutulusve fuit,
 o discrimine habetur. Ibat mox ovans animis, per
 os hostium cuneos, & gloriosæ mortis ac Patriæ
 e inducta, pacis preciosa emptrix, non aut telo-
 rum

rum multitudine, aut aperto vitæ discriminē detine-
 batur; sed artificioso consilio ferratas perripuit copias,
 iterque sibi fecit per confertos hostes. Jamque pudor-
 is servatâ incolumitate, ad hostium ducem Holofer-
 nem pergit, vidua Deo comitata. Et tunc illa quidem,
 suum. Quod felix faustumque, ardentem ingeminare, &
 mox Sibi suæque Bethuliae benè, melius, optimè omi-
 nari cœpit, intimiusque admissa infractu animo, sopi-
 to superatoque luxu Holoferni, scelestum caput præci-
 dit, Bethuliae lugentis lacrymas absterfit, & æternam
 nomini suo conciliavit gloriam, adeo ut de gloriosis-
 simæ Judithæ facinoribus universi gratularentur. Ita
 nempe, Deus unius medio Rœminæ risum restituit post
 lacrymas!

Spectabilis ac Magnifica Domina, Domina mihi
 gratiosissima, dum sortem V. M. diligentius reputo
 apud animum, video qualiter altera Juditha in spiri-
 tuali Bethulia i. e. Ecclesia lachrymarum fluentis cir-
 cumfusa, & moerorum copiis circumvallata siet, a-
 misso preciosissimo Domino & Marito suo. Atqui
 ne quæso succumbat, vincet universa, Numine comi-
 tata propitio, & terris pulsas tristitiæ nubibus, videbi-
 iterum latissimum gaudiorum Solem, imò videbit et
 iam suum, qui verè non amissus sed præmissus dunta-
 xat est, GABRIELEM, mollissimè recubantem in sin-
 Abrahæ, postquam olim ad destinatam Sibi in coel-
 coronam, ætate gravis, evecta fuerit ac promor-

Quod ego quidem seriò sincereq; precatus V. Mag.
hunc incultum deformemq; ingenii foetum, qui in
Vestæ fortassis penetralibus tutius latitasset, ad cle-
mentem instantiam, ut esset tum doloris V. M. ali-
quod medicamentum, tum meæ debitæ promptitu-
dinis testamentum, humillimo animo mitto adq; pe-
des Ejus tenuem hanc hostiam depono, hoc in votis
habens, ut favoribus Divinis V. M. inclusa, me &
meos, & hanc simplicem Hecatomben suis includat
favoribus. V.

V. Sp. M.

Devotissimus.

SI quis Vestrum est, *Auditores, gente, genere, virtute,
Arte, Illustres, Magnifici, Spectabiles, Generosi, Cla-
rissimi, Amplissimi, Præstantissimi*, si quis vestrum est,
qui ad hanc durissimam dicendi necessitatem, me pa-
rum idoneum, & ætatis ingenii ac nominis subsidio
destitutum arbitretur; is suo judicio, non aliquid
tantum, sed etiam meum ipsius adscribat suffragium.
Quidenim in tergo mihi sit manticæ, quam curta mi-
hi supellex, & quæ habenis Ecclesiasticis admoto, di-
cendi cura quodve studium, exactius hæc animo scio,
quam lingua evolvere indisertâ. Nam licet Deo pro-
pitio, studio & industria accedente, quod ad extremû
hoc pertinet honoris officium, *Generosi* (eheu!) &
Nobilissimi Dn. GABRIELIS BAKOS de Osdgyan &c.
dici aliquantulum fortè posset; ita tamen animus in-
genti mœrore circumfusus est ac debilitatus, ut non
irum sit, si verbaluctus intercipiat, & lacrymarum
fluen-

fluentis diverberatus, horrente comâ, gemente gena,
hærente lingua STEM. Adhæc etiam splendor iste
Auditorii, & hic celebris confessus turbat me aliquid
non nego, & vires animi infringit: *Sicut enim qui è
tenebris & longo situ ad Solem subito educuntur, caligat
iis acies, & oculi præstringuntur: ita mihi evenit, ut ad
objectum vestri ac intuitum, hebescat ingenii acies, & lin-
guæ promptitudo retardetur.* O mihi utinam, operâ
istâ superfedere, in præsentia liceret, & neq; mihi veni-
ret necessitas non tam perorandi, quam declamandi
ad clepsydrâ, neq; communi luctu prosequi funus
moneret SANCTA PIETAS, non pessimè sanè cum Illu-
stri BAKOSI domo, non pessimè nobiscum ageretur.
Cæterum cum verum sit illud quod præclare dixit So-
phocles: *Ridet doletq; quisq; ut est visum Deo.* Proin-
etsi dolendum, hoc statu rerum, nos tam necessario
viro orbatos, tamen quia hic ipse casus non sine Nu-
mine contigit, sic componendus erit afflictis animus,
ut itididem & exposcamus & impetremus auxilium,
unde ingruit clades, & acquiescamus in iis interim
quæ mutare atq; corrigere nefas est. Sed & cum sal-
vâ pietate fieri non possit, ut hodierno die vox nostra
prorsus obmutescat, igitur restaret optandum ut mihi
digna tali viro contingeret oratio, cui nunc supre-
mum humanitatis officium mœror noster elargitur;
ut mihi ex majorum ordinatione, & prolixo erga fun-
ctum affectu hoc munus administraturo digna talibus

Auditoribus contingeret oratio, qui omnes in me u-
num oculos defixerunt taciti. Si autem tale votum,
meam superaret mediocritatem, destitutum Isocratis
fravitate, Lysiae subtilitate, Demosthenis eloquendi
vi, tunc me tamen labentem eriget, & animabit tur-
barum Vestra A. charitas, & æquanimitas, & qui in re-
bus arduis laudari solus solet CONATUS, enim verò &
Est aliquid prodire tenus si non datur ultra. Non ego
in apertum vastumq; illud ferar mare, ut hujus No-
STRI splendorem & antiquitatem gentis, patriæ aut
familie dignitatem, ceras juxta & in imagines evolvam,
captu meo & memoria superiores: licet enim, *inter-*
est nostra, inquit Vlpinianus, *scire nationem præsumptum*
enim est, quosdam esse bonos, quia natione non sunt infamata,
tamen cum hic NOSTER propriis decoratus sit
virtutum coloribus, servabo orationis modum, & quod
leniendo maximo lugentium dolori & quod cæteris in
vita communi exemplo esse potest, evolvam unum
illud, qualiter *Incomparabilis* noster *Heros* GABRIEL
pulcherimum illud nobileq; Symbolum Deo & Pro-
ximo suum vivus reapse fecerit. In aliis mea mediocritate
superioribus. Timent hem pictorem ingeniosum
lequar, & acerbiter luctus Agamemnonis Iphigeniam
suam deflentis, dum penicillo exæquare non po-
tero, velle sacri obumbrabo silentii. Vos interim *Fl-*
ustres favete Divi, ut quod dolor mihi detrahit, Ve-
ster illud favor & attentio subministret.

Sitan-

Sitanti cujusque rei æstimanda amissio est, quanta e-
jusdem præstantia bonitasq; fuit, quod damnum qua-
lo perpeffa est, quam irrecoverabilem jacturam fecit,
Nobilissimæ BAKOSI domus, cum amitteret Eum, qui
tum eo natus genere, in quo nobilitatis esset plurimū,
tum iis ornatus fuit moribus, illisq; animi juxta & cor-
poris dotibus excellens, ut ornamentum haud vulga-
re, decusq; eximium jure meritoq; haberetur. Apud
Græcos olim qui præ cæteris consilio ac autoritate e-
minebant, vel tanquam de Patria præclare meriti, [li-
cet à verà remoti pietate] mortem ultrò sibi consci-
scebant, DEorum penè afficiebantur honoribus, eo-
rumq; laudes non Oratorum duntaxat voce celebra-
re, sed statuis & variis monumentis prodire sunt po-
steritati. Et nos hunc nostrum præteribimus illau-
datum? & nos hujus virtutes dissimulabimus? quas
nobile pectus, gemmas veluti præse tulit alias aliis ful-
gidiores. Ita NOSTER prodigus fuit proprii sanguinis
pro bono publico, pro vindicandis asserendisq; Patriæ
immunitatibus, ut nil unquam tyrannico moveretur
impetu, admirandæ Ejus naturæ impetus. *Mori pro*
Patria vitam victoriamq; putabat: & quicquid huic vi-
dit noxium ac perniciosum, illud contra potenti ani-
mo, valenteq; manu grassabatur, non tam ambition
ac vanæ gloriolæ, quam amore gentis excitatus.
cum illa pia imbutus fuisset cognitione, illius de-
conatus veræ laudis habere nomen, & felice

successum, qui Divinæ potentia benè atq; constanter
famularetur; & ut revocetur à cervice gladius, & tran-
scribatur in alienum caput, unicam id impetrare *Di-
vum Venerationem*, igitur maximum munus, lummasq;
tuas partes esse statuebat *pietatem & religiosum Nu-
minis cultum*, tanquam cui nihil esset clausum, imper-
vium NIHIL. *DEo Servire Liberatem judicabat*. Hinc
quemadmodum olim *B. Ignatius vir Apostolicus*, illud
suum jure tristis animæ refrigerium, *Amor meus crucifi-
xus est*, cordi aureo caractere impressum inculptūq;
habuisse creditur; ita non immeritò quod pia hæc a-
nima ore & opere semper referebat, in scribi capulo
mortui posset ut omnes legerent, *Gloria Bonorum, Deo
Obedire*. Pulcherrimas quasvis de DEo gnomas stu-
diosè colligebat, & jam se jam alios contemplationi-
bus sacris erigebat ac consolabatur, ita ut ab ore ipsi
guttis irrorati sacrarum meditationum non doctiores
tantum redirent illum qui audiverunt, sed & lætiores.
Sæpè illud Augustini repetit: *Amor meus, Jesus meus*.
Sæpè Bernhardi: *Quocunq; loco fuero, Jesum meum de-
sidero, quam lætus cum invenero, quam felix cum tenu-
ero*. Et: *Sequar Te quocunq; ieris, Mihi tolli non pote-
ris, Cum cor meum abstuleris Jesu decus nostri generis*.
Ea erat pietate in DEum, ut hujus unius studium, ti-
morem ac Amorem, cum cæteras tamen res tam dili-
genter administraret, habere videretur. Cum primis
semper dedit operam, ut & de DEo sentiret rectè, &
quam

quam de Eo opinionem induisset animo, operando
monstraret, sciens non amare & revereri DEum, qui
negligit proximum, eo quod si amaret, non negligere-
ret, cujus habendam rationem præcepit DEus. Et
cum Sanctissimi etiam in charybdes vitiorum illi
dant, poenitentia studium ita excoluit, ut quoties acri-
ores conscientia morlus sentiret, mox *Dominici esuli*
uteretur *refrigerio*, cumq; Davide per singulas noctes
lectum suum, ut tranquillitatem compararet consci-
entia ablucet Sacra pagina, piarumq; DEum flecten-
tium precum usus adminiculo, his ille *velut Davidicè
perâ* succinctus, Divina arte stygium stringebat Go-
liathum, & ita componebat se, non ac si peregrinans
animo, pietate simulata; confictis consutisq; dolis;
sed qui cordis se simul habere devotionem seriam, nō
obscurè profiteretur. Immane quantum abhorrebat
à Mezentis illis, vel quæcunq; Divum contempto-
ribus, qui voluptatum typho dilatati, probitate diruti,
exuunt omnem Numinis reverentiam. [Nempè
quasi nullus esset in cœlo rerum humanarum arbiter ac
moderator, qui quæ nos gerimus audiret & contem-
plaretur, vindex scelerum, munerator recte factorum].
Ab his in quo, ille, longum remotus, coluit novit quæ
DEum, DEo Notus, & animo rectè conscio tranquil-
lè, providetia Divinæ scutū venerabatur, ingeminās

Hic murus abeneus esto

Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa

Et: *Si fractus illebatu orbis, impavidum ferient ruina*

Jovem crudelis Patris *Saturni* benignam prolem, fin-
 gebant Poëtæ quondam, nutritum fuisse in montium
 solitudine uberibus *A maltææ* seu *capellæ*. Dicite mi-
 hi optimi A. cur *capellam* ferat NOSTER in imaginibꝫ?
 cur virentem *vitem*? cur *Lunam* bicornem? cur ru-
 tilantem *stellam*? cur *frameatam manum*? An quod hu-
 jus uberibus lactatus CHRISTVS sit, ab Ejusq; beni-
 gno pectore CHRISTI ministri pependerit? An
 quod hic palmes viri CHRITO intertus, viruerit, &
 botros tulerit Christianarum virtutum? An quod *Ec-
 clestiæ*, *Lunæ* propter varias facies consimilis, genui-
 num fuerit membrum, in quâ natus, educatus, creve-
 rit, floruerit, stellas instar fullerit, decesserit transer-
 tus à Marte, morbo, morte, ad æternam quietem,
 à bello ad triumphum. Et licet viderit *Pietatis* iste
cultor, piorum in hac vitâ despectam esse conditio-
 nem, & sæpè impios Mundi filios flagello accinctos,
 pro pietate tormenta, fidiculas, uncos & eqvuleos
 meditari, illa tamen omnia edulcabat futura spes fe-
 licitatis in Cœlo consequendæ, ita ut Eum nullavis
 de statu movere, nulla honoris aura labefactare, aut
 mentem à verâ detorquere pietate potuerit. ô ô
 constans pectus! ô pectus infractum. Non ille *Je-
 rentianus* quidam *Pamphilus* esse didicerat, non cha-
 mœleontum more in omnes se confinoebat colores,
 non ut cassa quatiebatur arundo, nec sub scribebat il-
 lis qui fas nefasq; ut benè illis saltem sit juxta habent;
 sed

sed in CHRISTI selecta militia *Constanter* persevera-
 vit, fidem servavit, animam cœlo datam cœlo custo-
 divit, dans operam ne veluti mercator post longam
 navigationem afferens oneratam Navim, in ipso por-
 tûs ostio, irruentibus ventis imegisset in scopulum.
 Sic benè memor illius aurei D. Bernhardi, *Quid prodest*
 CHRISTUM sequi, si non contingat consequi, tanquam
 intrepidus miles, suum sæpè *Stæ Immotus* ingemina-
 vit, cursum consummavit, coronam reportavit, & qui
Deo vixit, Deo est Mortuus. ô ô beata illa vita, quam
 bona Mors sequitur; ô ô beata illa Mors quam *fra vi-
 ta præit*. Ille *Beatus est ille, qui sic benè vixit ad sepul-
 crum*. Et sic ille quidem comparavit se erga DEUM.
 Porro cum studio veræ pietatis, Divinæq; seriæ vene-
 rationis quam ante omnia coluit HEROS NOSTER,
 conjunxit *Amorem Proximi*, erga quem justè, clemen-
 ter, comiter ac amicè se humaniterque comparavit,
 Nempè prorsus in animum inducebat, basin esse &
 fundamentum Divinæ benedictionis, non operare in-
 juriis proximum. Vnde nec sublestam quenquam ac
 fraudulenta lingua traducere, nec existimationem al-
 terius aggredi, aggressam extenuare, extenuatam ri-
 dere didicerat; sed ita se prorsus ad recti justiq; nor-
 mam composuit, ut nemini gravis fuisse judicaretur.
 Simulationem ille ac dissimulationem vehementer
 refugiebat, tanquam hostem ingenuitatis, & quæ ma-
 gnanimum pectus maximè dedecret. Placuit illi ge-

nerosa vox Achillis ap. Homer. Iliad. 1. *Odi æquæ æque
portas inferorum eos, qui aliud ore promunt, aliud corde
condunt.* Sed nec assentatorum contubernia, qui
palpant blanditiis, & aures famæ bibulas calice fastus
inebriant, nec aut figulos falsarum laudum, qui ma-
gniloqua commendationis tuba in auribus divitum
cytharilant, caput oleo fucato inungunt, ut munera
emungant, non (ut verbo utar Ciceronis Actione in
verrem 3) *mercenarium præconium* obtulit, dilexit, fre-
quentavit, simplex illi veritas, licet transpositis literis
sit *ut aries*, tamen fuit maximè curæ ac cordi. Putasses
unum ex illis Sacerdotibus Ægyptiis, qui dum miram
veritatis sveritatem ostendere volebant, præterquã
quod Mercurio Sacra melle & ficu faciebant, etiam
clamabant *γλυκὺ ἡ ἀλήθεια* *dulcis est veritas.* Quoties
seria tractabatur, illud Lucillii adhibebat, *Misi necesse
est loqui, Nam scio Amyclas tacendo perisse.* Et sic ille
ad Famæ fanum laudabiliter grassabatur. *Moderatæ*
præterea ac *mansuetudinis* diligens sectator fuit. Nol-
lem ego hanc laudem, ingenii mei culpa deterere,
nec contra Solonis ire sanctionem, vetantis, *ne divina
res fieret intranscursu.* Tamen cum nullum orationis
genus possit esse tam ornatum, quo isthæc satis cele-
brari possint, pauca hic dicere è re erit ô quam multi
sunt, qui se solos adorant, & Naturæ tantum modò in-
clinatione librantur! ô quam multos novimus, dum
prosperitas favet, & secundis ventis vela co-
natuum

natuum impellit, qualiter insolentiæ fastu intumescant
omnis licentiæ impetu abripiantur, & fucò ambitio-
nis dilatati, ad omnia intrepidi, sive boni sive mali no-
ta veniant conamina ruant, omnia adunco naso su-
spendant, obelis notent, verubus configant, procul-
cent pedibus. Hi tamen HEROS NOSTER in medic
etiam gaudii triumpho, illo Romanorum triumphato-
rum diverbio *Homo es*, quicquid ex peccatricis natu-
ræ pravis seminibus sub nascebatur convellebat, sci-
ens illud Ausonii: *Dum fortuna juvat caveto tolli, dum
fortuna tonat, caveto mergi.* Quicquid jactantiam,
quicquid supercilium sapuit, displicuit. Erga pares
comiter se gessit, erga inferiores humaniter, ita qui-
dem, ut non ferox fuerit, sed naturæ sublimitatem, non
arrogans ob famæ celebritatem. Benè Indorum il-
lud sapientissimum effatum, sæpèq; reputabat apud a-
nimum: *Virum quo sublimior, eo humaniorem si inferi-
oribus se præbeat, charissimum omnibus fore.* Et licet
bellicis exercitiis atque expeditionibus etiam fuerit
NOSTER ætate floridiore intentus, maximè tum,
cum Magnus ille HEROS & PRINCEPS GEOR-
GIVS RAKOCZIVS nostram hanc Patriam vali-
da manu pervagaretur; cæterum & hic modum no-
tabat accuratè, & observabat *ne quid nimis ac præter
rem committeret.* Non ille rapinis, non expilationibus,
oppressionibus, vel quibuscunq; aliis injuriis ardebat,
nec innocti sanguine scelerabat manº. Sed omnia prius

consilio quā armis evovebat & experiebatur. Si quid splendebat aut arridere coepit, illud accelsit primum tentavitq; an vera luce, & si illa, assumsit; si quid jactavit, transiit, & animosā fiducia ad meliora ferebatur. *Alphonsum Regem Arragoniæ* propè sequutus, cui cum quidam nunciaret, se stipendio bis mille aureorum, crematurum armamentarium venetorum, cum quib; ille tunc dissidebat, dixit; Absit, virtute vincendum, aut nunquam.

Mentis erat composita, nec inconstanti levitate titubabat sed quicquid unquam ingruerat tempestatis, eadem semper excepit facie. *Injuriarum* ille & offensarum facile obliviscebatur, ad instar Catonis illius junioris, qui à loco ubi mortem sibi conscivit *V-ticensis* cognominatur, cui cum causam oranti frontem mediam, extremitate oris adperserat *Lentulus* homo factiosus, omniq; pudore dirutus, Cato nihil tantā indignitate commotior, faciem absterfit, & habeo inquit, demonstrativum argumentum, unde mēdicii redarguere queam obrectatores Tuos, qui Teos non habere criminantur; memor aurei illius moniti *Athenodori* viri sapientiæ studiis & interiore amicitia *Augusti Cæsaris* clari, quod ille in supremo digressu, Cæsaris animo instillavit: Quoties ira pectus Tuum invaserit, ne quid fecisse aut dixisse velis, priusquam apud Te sedato corde, recolueris omnia literarum elementa. Scivit haud dubiè *NOSTER*, pietate

tate imbutus, nullam dorem, nullum genus virtutis propius accedere ad Naturæ Divinæ similitudinem, quam misereri humanæ imbecillitatis, ignoscere erroribus, oblivisci injuriarum, erigere lapso, auxilium dare calamitosi, opem impotentibus, solatium afflicti. Et sic quidem (ut alia brevitas causa silentio involvam) gessit se *NOSTER* Magnanimus *HEROS*, erga Deum pie, erga proximum iuste, sed & erga se sobrie, ut si quando æmula boni voluptas panderet illecebras, fortiter & animosè præterveheret *Charyb-din* ne abriperetur, & *Sirenium* voces audiret, sine sui flexu, assensu & accentu!

*S*ed eheu! ista nunc jam fracta pauperum anchora est! Excessit, evasit, erapit membrum Ecclesiæ nobile! Hoc fulcrum, pulchrum, virtutum simulacrum, ah ruit! *BAKOSI* decurrit rota tota familiæ. Peracta vitæ fabula est, jacet in tabula, vir vere quadratus. Ergo instauramus *GABRIELI* funus, & ingens Aggeritur tumulo tellus? ——— Siccine ultimus adest terminus qui Mors dicitur, in cujus frontispicio veluti quondam ad columnas *Herculis*, Nil ultra inscriptum est? Siccine importunæ vitæ Satur, & tot peregrinationum & laborum molestiis fatigatus, in cellam suam se abscondit ille, cui tot piorum vota, diuturnitatem promittebant. Lugete tot virtutibus insignem, dicam & laudate. Certe, ut res Deus nostras celeri rotatas turbine, verset. Scissis palisq; canillie

capillis, deponere doloris testamentum **MAGNIFICA**
vidua, dividua, divisa.

Non major dolor est, quam cum violentia Mortis

Unanimi solvit corda ligata est.

dum illa corda, quæ Dædalus Amor in unum artificiosissimè redegit, Mortis dirimit truculentia. In habitum funebrem vos componite *Illustrissimi & Nobilissimi Generi*, & virtutum gemmis decoratissimæ ac Pientissimæ *Filiæ*, preciosæ guttæ **BAKOSI** sanguinis, ah nata mæroris & luctûs amplissima materia est! *Pater* moritur defleant orphani, tutor abit, obit, luceant, pupilli. Spes honorum in urnâ ponitur, *Spes nostra terra obruitur.*

Heu dolor! una diēs tot munera sustulit, unâ

Tantæ virtutes heu cecidere die!

O ubi ubi estis lacrymæ? ubi estis cordis fluentia? quo vos subduxistis? ubi nœniæ, luctus, redite obsecro. Occidit occidit caput nostrum, **HEROS NOSTER**, herus noster, hædera nostræ lætitiæ, cuius occasum non ignavo luctu prosequi, sed memoriâ piè inviolatèque venerari decet. Quos nunc meditaberis elegos, quæ lamenta domus *Ezetnek* Sacra? Tuum Tuum est prosequi functum lacrymis, qui Tuus erat vivus, Tuus esse cupit etiam resolutus in cineres. Tuum est referre, quid quantūve obtulerit **NOSTER** vivus quondam, augendo Ecclesiastico instrumento & ornamento. *Calyx preciosissimus*, gemmis distinctus,

ctus, *Ara* magnificè extructa, *Musicum organum* &c. Hujus sunt liberalitatis argumenta. Tuum loqui de ejusdem zelo, pietate, concordia & ordinis studio. Tuum jam est! Taceamus exteri! Nunc ego quantum pro mea tenuitate potui & debui. **DIXI.**

VALE MORTVI.

ATat! quod hoc ferale opus ac omen est? Ecce insonuit nova vox, quasi à capulo mortui videtur asportata. Cohibete coortas lacrymas, tempus namq; lætitiæ est non lacrymarum. Nam ego nunc in merito & satisfactione mei Salvatoris **J. C.** in hac plenissimâ perſuasione animam placidè exhalo, ut mors somno simillima videatur. Ad cælestem Patriam commigro, unde dono **DEI** tam ingens pignus ac depositum in terras transmissum erat. *Corpus* meum compositum tumulo, expectabit resurrectionem, quum æternus æterni **DEI** Filius veniet, juræfactorum daturus vivis & mortuis, qui & nobis *omnia*, & nos *omnibus* restituet. *Nobilior* autem pars cælo recepta est, ubi sempiterno ævo fruitur, & eam vitam agit, quæ nec temporum metis, nec & infelicitatis modo circumscribitur. Venio ex conspectu peccatorum in contubernium Angelorum. Ecce, ecce, postremum mihi diversorium. Mortis timorem relinquo & sperno, ego mortalia rideo, ridens morior, & ipsa morte ad immortalitatem tranſeo.

Stat sua cuiq; dies: Breve & irreparabile tempus
Omnibus est vitæ: sed famam extendere factis
Hoc virtutis opus. *Aneid. 10.*

Valete mei carissimi, & auribus christianis audite Ro-
mani sapientis non christiani illud. *FATIS* agimur,
cedite fatis. Non sollicitæ possunt curæ, Muiare fati
flamina fusi. Quicquid patimur mortale genus, quicquid
facimus, venit ex ALTO. Vale Magnifica *Juditæa Pe-*
rini, cordis mea portio Coniux. Tibi ego *DEVM*
in tutorem, & vitæ comitem ac custodem relinquo.
Qui mihi Tibique dedit vitam, dabit reliquas vitæ
accessiones. Ne fle! Valete *Dulcissimi Generi, li-*
beri, Amici &c. Vobis ego *DEVM* in Patrem fide-
lem, & Amicum opt. Max: offero, absque cuius auxi-
lio, nec vivus Vobis quicquam fuisset profuturus.

Vale munde, Vale vita, OMNIA
VALETE



**Tekéntetes, Nemzetes és Vitézlő jó hizzel né-
vel tündöklő Osdgyani**

BAKOS GABOR VRNAK.

Hitit alázatosan meg tartanak, a Christus A-
nyaszentegyházában munkalkodo igaz Tanitoknak
Taplalojának, Vitélő rendeknek Attyának, az
Scholaknak Fautorának &c. Az Csetneki Tem-
plomban lett el temetések Rofnobanyai Gyermek-
ek által. Mind szent havanak 17. napjan,
1666 Efstendőben declamaltatott Magyar
versek,

Mellyekbers

bé - foglaltatik



Az halalhoz készületre való intés Annak, ez
Nehai meg holt urra alkalmaztatása.

Azon Urnak Szerelmesitől való buczuzása,
Temető helyének meg készíttetésének alkalmato[s]sága.



Per Danielelem Regium.

TEkéntetes Nemes és Nagyságos rendék,
Férfiak, Ázfszonyok, nagyok és kicsinyek,
Erőskaru és bator szívé vitézék
Kettős tiszteletű Edgyházi személyék.
Ez szomoru helyre kik özvé gyűlteték
Edgy kevesé kérek még vesztég légyeték,
Az mi beszédénkre-is figyelmezzetek
Meg értvén mint kellyen halához késűlnetek.
Kégyetlen az halál, s-nem kedvez tudgyátok
Senkinek, a' kinek nyilatol irtoztok,
De előtte sohova el nem futhattok
Sőt inkább töribe kellett hágnotok.
El megyek azt mondgya minden tést utára,
Josue az Isten népének hadnadgya
Az hadakozásban a' kierős vala
Az ellenségeken, és boszszút ál vala.
Néktek is ez utra mind el kell menneték
Ez csalárd világbol ki-kell költöznetek,
Mert nincs itt allando Varostok s- helyetek,
Azért az halálrol jól elmélkedgyetek.
Testi mulatságért ha mezőre mentek,
Vagy az szép kertekben viragokat szedtek,
Ott mindgyart Daviddal meg emlékezzetek
Arról, hogy mint virág, olyan életerekek.

Ekeffen

Ekeffen szollo Embert hogy, ha hallotok
Az viznek sebessen folyását lattyátok
Akkor magatokban jól meg gondollyátok
Hogy mint edgy ár vízzel úgy el ragadtattok.
Törben meg fogatot madarat ha láttok,
Hálokban keretet halakra akattok
Jusson eszetekbe hogy úgy meg fogattok,
Noha gyakran halál előtt ízallattok.
Ez földet melly en lábaitokkal jártok,
Ha meg tekéntitek jól meg vizsgáljátok
Hogy földbe tétettek és porrá változtok
Mellyet Adam vérke hozott ti reátok.
Sebes első mikor le esik az földre,
Akkor amá bölcs Ázfszonynak ízép beszede
Jusson eszetekbe, hogy mint viz mely földre
Ki ontatik, olyanok leíztek ez testbe.
Ország utryán járo Embert haszempléltek
Az Daviddal ottan mindgyárt meg ércsíték
Hogy ti Jóvevények váltok és sellyérek,
Miképpen minnyajan a' ti Eleitek.
Széllýel az mászkáló férget ha nézitek
Akkor az ízent Job mondasat meg ércsíték
Hogy Embernek fia olyan mint a' fereg
Avagy mint a' fárol le vont ázfszu kéreg.
Dolgozo Takácsnak házához ha mentek,
Mihelt lábaitokkal abba bé léptek,
Az Ezechiással így elmélkedgyetek
Hogy el szakasztatik mint fonál életerekek.

Gazdagok szegények temető helyekre
Ha juttok és néztek régi tetemekre,
Vgy tetsék mintha ezt sugnák füleitekbe,
A' mi vagy, En voltam, s- mi vagyok lesz végre.
Igy azért szüntelen az halál előtted
Forogjon, s- elmédből ki ne mennyen néked
Szived ott ne légyen, hol vagyon te kéncsed,
De inkább Istenhez az égre emellyed.
Az uton jartodban nyisd fel szemeidet,
Igalság utára bocsásd lépésidet,
Hogy el ne veszfessed te ldvözetödet,
Azon légy, tanuld meg most tőlem ezeket.
Ne fantálya kétfelé, hanem az Jeshoz
Ragaszkodgyál hiven, menyben vevő uthoz
Es ő Igéjének jó erős bottyához,
S- az hűtnek kezével támaszkodgyál ahoz.
Istennek szentellyed a' te életedet,
Ha vétkeztél mondgyad: Vram bűneimet
Meg vallom előtted, s- kérem felségedet
Bocsásd meg: és jövel, ved hazzad lelkemet.

I I.

Johannem Holtsbur.

Vitézlős- Nemzetes régi BAKOS GABOR
Kihez igen tartott sok Keresztény Jambor,
Kinek nem volt kedves a' kóborló lator,
Még akkoris; mikor mezőben volt Tábor.

Igy

Igy rendelre az ő élete folyását.
Tudván hogy végezni kell pallya futását,
Elötte viselte ő halandoságát
Mert ezette testében romulandoságát.
Tudta hogy mint az víz el foly ő élete,
Az halál törébebe akad kereke,
Jó szerencséjinek lesz valaha vége,
Es az föld gyomraba bé tétetik teste.
Elötte viselte, hogy mint árnyék, olyan
Jóvevénynek vallotta magát világban
Nem volt el rójtetve tőle, koporlóban,
Hogy férgek étele leszen, ha száll abban.
Zafzloit ha néha ő ki terjeztette
Mikoron az szűkség rákényszerítette,
Reménségét Vr Jeshozban helyezettette,
Annak gondgya alá magát eresztette.
Batorsággal nyomra az igalság uttyát
Görbe hamisághoz nem hajtotta bottyát,
Mint jó, s- igaz biro, oltalmazra jussát
Szegénynek árvának nem kívánta kárát.
Az Edgyházi személyt igen meg bocsúlta,
Istennek igéjét nagyra bocsúllotta,
Nem volt szegény előtt bé téve erszénye.
Katona Vitéz rend ha őt meg kereste,
Azt tőle kedvesen és jó néven vette,
Magától üressen el nem eresztette
Borát, Gabonáját, de véle közlötta.

Oltalmazója volt szegény Jobbagyinak
 Hiven és igazán szolgált urainak,
 Hol az győzhetetlen Romai Császárnak,
 Hol Erdélyi Fejedelmi Méltoságnak.
 Széretettél, hittel Idvőztetőjéhez
 Ragalzkodott végig élet kut fejéhez,
 Az Jéhus Christushoz, mint ő vezéréhez
 A' kivel már ményben vigades örvendez,
 Gyarlóságból hogy ha néha bűnben esett
 Abból hamarsággal ki térni sietét,
 Bocsánatért az Istennek ésfedezett
 Azért orczaja elől el nem űzetéttét.
 Az Isten Templomát s- Oltárit széretté,
 Sok szép eszközökkel még ékesétette,
 Mint itt való Templomis bizonság erre,
 Es abban az Oltar s- Orgona szépsége.
 Baratival lakott ékestarfasággal,
 Szomízedíval beszélt kedves nyajafsággal,
 Mulatozot sokszor vélek vég orczával,
 Mint az Rima Szombatis tellyes volt azzal,
 Onod, Szendrő, Filek, Kállo Szathmar Vára,
 Jó bizonság lehet erről ha akarja,
 Mellyeknek Vitéz Vr igazgatója
 Bizonyosidőkben volt, s- jó akaroja.
 Regen Sveculokkal volt élméretségben
 General Duklászszal mikoron volt szemben,
 Es az Duorstessonnal az Morva szeliben
 De itt hagyta minket síralom völgyében.

Danielem Regium.

TI téhat Nemzetes és Nagyságos rendek
 Ez szomoru helyen kik most rendet űltek
 Túletek bucsuzó szavát meg ércsének
 Ez BAKOS GABORNAK: ki így szól ti néktek.
 Elsőbennis Országunk Vice Királlya
 Isten s- Emberektől rendelt Palatinussa
 Romai Császárnak belső Tanácsosa
 Az kunok Birája, és oltalmazója.
 Méltóságos VESSELINI FERENCZ Vram
 Kinek sok dolgait szemeimmel láttam
 Mikor edgyűtt maűtt, melletted forgottam
 Atyafiuságos Sogorságban voltam.
 En Nagyságodat az Istennek ajánlom
 Hogy hoűzűzű élettel meg áldgya kívánom,
 Magyarok javára meg tarcsa ohajtom
 Nagyságodra menyből szálljon az irgalom.
 Tégedis el hadlak szemeim kívánsága
 Szomoruságimnak szép vigasztaloja
 Perényi Judith, ehéletemnek tárfa
 Es az én szivemnek ugyan fele massa.
 En el menésem oh ne síránkozzál
 Szivedben felettéb rajtam ne bankodgyál
 Mert az már sem nékem, sem néked nem
 De az szomoruság miatt rád halál száll.

Szűnnyék meg sírálod és nagy zokogásod,
Orczaidon ne folyon könny hullatafod,
Vagyon gondviselőd a te szép Jესusod,
Itt léfzen ő nála velem edgyütt jussod.
Ez világon tudod, veled szépen éltem
Nyavalyádat látván azon keferettem,
Istennek éretted sziből könnyörgöttem
Az mellyel ő tőle kegyelmet-is nyertem.
Rementelen de már tőled eltávoztam
Mikoron az Vrban csendessen megholtam
Lelkimmel mennyekbe Jესushoz jutottam,
Testemmel imez koporsóban szállottam.
Ez okaért szivem Istennek ajánlak
Sírálom völgyében látni nem kévanlak,
Mikor az Istennek tettezendik el várlak
Vrannam, el hidgyed itt téged meg látlak.
Immáron kozzátok ízerelmes magzatim
Fordulok, kedvemet kereső Leanyim,
Engyőnyőrúségim, ékes virág szálím,
Az Carbunculusnal kedvessebb gyöngyeim.
Rám borult orczával könnyvező *Borbála*,
En házaflagomnak ki vagy másod raja,
Kinek szavainak hallatik most jajja!
Kérlek hogy ne légyen szivednek ily buja.
Azt jól tudod hogy én még világon eltem
Edgyízeris mászoris fokakat szenyedtem
Mellyekben magamot békével viseltem
De imé azokból már ki menekedtem.

Téged-

Tégedet itt hagylak még nyomoruságban,
Az melly uralkodik mindenütt világban,
Mind addig még Ember bé száll koporsóban,
Esosztan boldogok kik meghalnak Vrban.
Teis azért készűlly én utannam jőni
Ez világtól tudod edgyízer meg kel válni
Mindennek a' bűnért innéd bucsut venni
Mert itt nem adatott mind örökkén élni.
A' minthogy azért, én vigaságban vagyok
Az én Jესusomnak előtte udvarlok
Az ízent Angyalokkal Alleluját mondok,
Vgy nékedis ilyen vigságot kívánok.
Tekéntettel ékes kedves szép *Susannám*
Szerelmes magzatom és gyenge *Violám*
Ne sírj, ne keferelj, nincs semmi nyavalyám
De az magasságos Isten én gloriám.
Odd magad az butól hogy te *Liliomod*
Mellyet te nevedben visellz *s. rosa szalod*,
Az bu, miatt meg ne hervadgyon Isopod,
Mert én menyországban vagyok, azt jól tudod
Tartoztasd magadat a' könnyhullatástól,
Egyéb aránt sem vagy üress a' banattól
Erőtelen testet visellz nyavalyatól
Vgy hogy ottan ottan ágyban feklzel attól.
Vgy vagyon keferves hogy el megyek tőled
Tovább ez életben nem leherék veled,
Oltalmad paifod nem leherék néked,
De azon te busuly, van oizlop melletted.

D 2

Erre gondod légyén Szerelmes Leányom,
 Az hitben mellyben vagy meg maradgy viragom,
 Mind végig, Istennek áldása jól tudom,
 Vgy léssen fejedben, énis azt kívánom.
 Rövid idejű és árva kis *Judit* som,
 Tenéked mit mondgyak s- kívánnyak magzatom
 Az árváknak Attyát oltalmul ajánlom
 Kinek gondgya léssen te readis tudom.
 Siralomba merült *Vesselin* *László*
 Könyveket törőly el szemedről, mert nem jó,
 Csenedessen szenyvedgyed haláloamat az jó,
 Kívánom Istenül szálljon rád minden jó.
 Engemet bocsúllo *Mária* *Imre*
 Kihez midőn az én halálomnak hire
 El érkezett volna, szived lőn meg sértve,
 Ne sírals engemet, veled Vr kegyelme.
 Keserves sorlókat szenyvedett *Vér Ferencz*
 Ne keséregj rajtam ha engemet szerez,
 Mert azzal én velem semmi jót nem tehecz
 Vr engedelmeből úgy még tovább élhecz.

I V.

Johannem Hottsbur.

Iraghoz hasonlo kedves unokaim,
 Ik nekem valátok meg vidamitoim
 Sokszor én előttem sétalo rosaim
 Légyen ti veletek az Vr, ki Elohim.

Nevel-

Nevellyen titteket az jó erkölcsökben,
 Kegyes egélséges virágzo életben,
 Hogy szolgálhatatok ő néki szentségben
 Es valaha hozzám jutasson örömben.
 Ti ízüleiteket kérlek bocsúllyétek
 Intő beszédeknek hiven engedgyetek
 Gonosz társaságtul is őrizkedgyetek,
 Magatokat éppen Vrnak szentellyétek.
 Az Vrnak félelme legyen előttetek
 Az tudomány uttyan járjatok, kellyetek
 Az én szavaimrol meg emlekezzetek
 Vgy léssen Istennek áldása veletek.

V.

Danielem Regium.

NEmzetes Vitezlő Vri rend Barátim
 Velem nyajaskodot én édes rokonim
 Jó Atyamfiai és kedves Sogorim
 Bizonyos időben Tisztbéli társaim.
 Tületek el mentem tudom hogy szánnyátok
 Sokan közzületek könyveket hullattok,
 De én rajtam kérlek ti ne bánkodgyátok,
 Elöttetek engem mert el bocsátotok.
 Nem sok időmulva én utannam jötök
 Pállya futastokat ha el végezitek
 Ittenis én velem társaságban lejtetek
 Mellyet az Vr Isten engedgyen ti néktek

Azonban peniglen még világban éltek
Azon szent Vr Isten legyen vezéretetek
Ellenségtek ellen erős fegyveretek,
Hogy semmiben senki ne árthasson néktek,
O Magyar Országnek edgy Metropolissa
Nevezetes és Nemes CASSA Varossa
Ki velem jól törtél Istennek áldása,
Szállyon reád; azonba vigyázz magadra,
Filek, Szendrő, Onod, legyen Isten hozzád
Kállo, Szathmár Vára szállyon áldas read
Osdgyan, Csetnek Rosno gondviselő Atyád
Legyen az Jéhova s- vigyázonte read.
Szomizéd Rima-Szombat ki velem békével
Eltél szomszédságban nem veszekedéssel,
Es én hozzam mindenkor voltal jó szível
Az Isten még aldgyon téged szerencsével.
Kettős Tiszteletű Edgyházi Izemélyek
Isten igéjével kik legeltettetek
Engemet, és minden jora intettetek
Az Vr Jesus Christus legyen őrizőtek,
Üldözést, kár vallást ne bocsásson rátok
Ollyaténok ellen legyen oltalmotok
Hogy ő szent igéjét pradicálhassátok
Sacramentomit ki szolgaltathassátok,
Iusikat eneklő Déaki ízép sereg
Kik énnékem gyakorta énekeltek
Es most-is érettem ízivetek kesereg,
Ölcseség reátok szállyon, és nem méreg.
En jám-

En Jám bor Szolgaim titteket el hadlak
En szolgálatomra többé nem kívánlak
Az menyei Vrnak fejenkint ajánlak,
Az örök életben, én utannam várlak.
Engedelmes és szót fogadó Jobbagyim
Kicsinyek és nagyok minnyajan hiveim
Kikken nem uralkodtak az én bolszsuim
Hanem inkább jó akaro indulatim.
Ajánlak titteket Vraknak Vrának
Földi hatalmas Kiralyok Királynának
Intlekis hogy hittél szolgállyatok annak
Vgy léfztek részefi örök boldogságnak.
Már többet nem szollok, hanem arra kérlek
Hogy az én testemet innend fel-vegyétek
Az Vr Templomában és el bé vigyétek
Szerelmefim közzé ott helyheztelsetek.

In Templo Samuelem Citharidis.

MIdőn az Abraham, ki első volt Abraham
Az Canán földén laknék.
Chiriát Arbaban, Hebron Varosában,
Mint lövevény bujdosnék
Meg hala ő társa, kinék neve Sára
Vala, és el költözék.
Kit hogy el temérne, Föld gyomraba tenne
ő azon igyekezék.
Az hétfiainak, Hebron lakosinak
Es azon esfedezék

Hogy temetőhelyre, való örökségre
Neki hely engedtetnék.
Kinek ő beszédét, Es eledezését
halvan az Heth fiai
Halgasd beszédünket, Mi feleletünket
Azok mondának neki
Temesd halottadat, Valahol akarod,
Még nem tilttya azt sénki.
Eő pedig Ephronnak, Soarnak fianak,
Temető helyét kéré.
Melly kőből vágatott, Arra faragtattott,
Volt, S-árrát megígéré.
Es azt hogy megnyeré, Magaévá tévé,
Sárát ott él temeté.
Az után végtére, Jutván jó vénségre,
Abrahámis meg hala.
Es el takartaték, Népéhez viteték
Kik Vrnak élnek vala.
Eő előtte hitben, Erős reménségben,
Noha meg holtak vala.
Azon temetőben, Melly volt az mezőben
Mamrének ellenében.
Isák és Ismaél, Több jelen lévőkkal
El temeték ékeffen.
Iő Felesége, Sára; kit szerete
Temettetterendeffen.
Mén ezenképpen, cselekedett
Nemzetes BAKOS GABOR.
Kinoha

Kinoha Csernekben, Ennek környékében,
Örökös mint más jámbor
Vala meg-is néha, hogy meg holt ő társa
Tanacsot tartott akkor.
Es itt ez Templomban Mellyben vagyunk mostan
Temető helyet szerze,
Földből ki-ásatá, kővel meg rakatá
Szépen el készíttette.
Abban *Mariáját*, Első házas társát,
Pompással helyhez tette
Az után isméglen, Idő el mentében,
Második házas társát.
Kedves *Borbáláját* s- *Mojzes* édes Fiát
s- *Maria* szép leányát
Bé-tévé Nemzetes Vitézlő és Nemes
Úr Ferencz házas társát.
Az után viszontag kicsiny artatlan mag
Születven hitvősetől,
Perenyi Judittul harmadik társatul,
Már szomorú özvegytúl.
Aztis ezen boltban, kicsiny koporlóban
Be tévé nem bűn nélkül.
Hogy pedig magais, mint más Jámborok
Köteles volt halálra
Jó vénségre jutván, Erejében fogván
Szép csendeffen meg hala
Fohászkodások közt, Imadkozasok közt
Az Vr Jeshoz juta.

Kilelkét magához s. az ő szent Attyához
 Vivé Angyali által.
 Hol az fok Szentekkel, Valasztott hivekkel,
 Örül nagy vigasággal.
 Ki beszélhetetlen, Meg jelenthetetlen,
 Menyei boldogsággal.
 Teste pedig ime, Mely vagyon bétéve
 Ez gyászos koporsóban.
 Már már bétéretik, Es eltemettetik
 Túle készített boltban.
 Mellyben ő hitvőfi, kedves gyermekei,
 Nyugosznak bátorságban.
 Ez bizony Istennek, ki Vra mindennek,
 Igen szép ajándéka.
 Ha ki bekefséggel, hangos énekléssel
 Teteték földgyomrában.
 Mint az *Abrahámnak* hiveknek Attyanak,
 Igérte volt Jéhova.
 Es az *Josiasnak* Iuda Királyának
 Hogy őrel takarétya.
 Az ő Attyaihoz, Attyafiaihoz
 Békefésséggel szállétya,
 az veszedelmet, hoz az helyre, mellyet
 Szemeivel nem láttya.
 en áldásában, Szép ajandekiban,
 Részesült az Istennek,
 z Néhai Vrunck, *Mi Bakos Gaborunk*
 Ki edgy Vra Csetneknek.

Vala,

Vala, mert békével, Pompas temetess.
 Adatik meg az földnek.
 Nincs már egyéb hátra, Peroratoria,
 Hanem testét fogjátok.
 Ti kik itt állotok, Engemet halgattok,
 Es ala bocsásátok.
 Végső tiszteteket, kereszténységteket,
 Ezzel meg mutásátok.
 No azért Nemzetes Viréz Tekentetes
 Vrunck immar nyugodgyál.
 Te agyás hazadban, Mint szép kamoradban
 Bátorsággal aludgyál.
 Még utolso napon szemedtől az álom,
 El-mulik sőt elő állsz.

SUCCISA CUPRESSUS.

QVæ nec fortunæ fluctus, nec morbida tabes,
 Nec furor, aut Ate solvere vincla queunt.
 Solvit Mortis atrox vehementia, scœvaque rum
 Et conjuratos trux Libitina necat.
 Cingula Conjugii quoque nodosissima,
 Fœderis æterni dissecat ense f
 At, quos Parca ferox dissolvit falce
 Conjunget cœli maximus Arc

Ita Magnificam Dom

Andreas Majerus E

U.C. G. Merien

Epigramma, quo
Erudito juxtim & Clarissimo Domino Oratori Panegyrim
suam publici juris facienti, ut Amico integerrimo,
aggratulabatur.

Occidit heu! BAKOS, mollitellure repōstus
Herois superest nescia Fama mori.
Excitat hanc docto præpollens ore Sinapius
Ut possit varias pervolitare plagas.
Magnus erat BAKOS factis; ast proximus, apte
Enodans dictis Enthea facta Viri.
Inunc Fama volans, hominem celebrabis utrumque
Cui dicenta facit, qui benè facta docet.
Factis cum dictis lis est me Judice: dico
Non minor est virtus dicere, quàm facere.

Martinus Francisci S. Eccles.
Csetnek Pastor primar.

*Am. Alexandr.
Oratio contra
hominem
charam di-
ceoque non
Natus
va. et*

Vir gravis, Cithara svavis.
GABRIEL BAKOS Generosa stirpe creatus
Est Cithara, Excelsi, quam dedit, arte, manus
Svavius Orpheo, corpus mentemque canebat
Ante homines lusit, lusit & ante DEUM.
quando complectebatur amore
mi semper dogmata pura DE I.
e Deum cordis gestabat in arâ
sacræ verus cultor & Ædis erat.
ficæ ruperunt, fila, sorores!
c proh! lusu nil nisi luctus adest!

Salva

Salva tamen res est, factus Coelo Citharædus
Mellissum ludit jam sine fine Melos.
Il. Panegyricum canenti libenter concinit
I. L. E. A. D.

IN FUNESTISSIMIS EXEQUIIS

Quond.

Spe&abilis ac Magnanimi Herois Domini,
Dn. GABRIELIS BAKOS De Osgyân:
Hanc doctè elaboratam Panegyzin peroranti.

V I R O

Plurimum Rever. Clariss. atq. Doctiss.
Domino DANIELI SINAPIO,
His paucis, affectu tamen magno
aggratulabatur.

Magnus Alexander, Magnus Pompejus ab armis
Maxima post mortem præmia laudis habent.
Scilicet hos tales magni fecerè triumphi
Qui in Solis curru cum Psaëtonte sedent
Per lege facta BAKOSI illustria, par erit hisce:
Majori si non laude colendus erit.
Occidit ast Heros Magnâ de stirpe creatus,
Attamen aligeris fama triumphat equis.
Clarior hoc nemo, Clarissimus is fuit armis,
Pace, fide, patriâ, religionem, foro.
His de facundo perplura Sinapius ore
Præclarus, Svadâ svavior ipse doce
Facta probat scriptis factis æqualia scripta,
Herois scriptor vivat in Orbe prec
GEORGIUS DU
Schola Csetnek.

Ardua Magnanimi qui nescit facta **BAKOSSI**
Discat qua Rapidis perstrepat Ister Aquis.
Inclita Pannonici referent confinia Regni
Hunniadis quanto Robore ductor erat.
Tellus Onod, Szendrő, Kálló, Szarmárq; Fülekk;
Odrysia Gentis Fulmina Tela Faces.
Militia Ferdinande tua dux duxq; **RAKOCZI**,
Fidus erat, Pugnae Multiplicisq; Comes.
Excubias egit ohara pro Gente, Leonis
Instar & hostiles terruit ille minas.
Iustitia cultor, cultor pietatis avitæ
Bello, pace, fide; clarus in Orbe fuit.
Hoc sub vexillo jam nobile pectus in Vrba
Depositum: Virtus non tumulata manet.
Armigeri martis tantos post ipse Triumphos
Victor Ovat, Cœli splendida Tecta tenens:
Hungara Gens grates Genio persolve **BAKOSI**
Gabrielis, dicens: Molliter ossa cubent.
Dic, Csetnek mihi calices, Cathedram, organa &
Aram,
Ornavit? **BACKOSS**: vivat in axe **POLL**.

I N I S.

